

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Joachim Stockmann

**Programma Quo Ad Funeris deductionem ... Matronae, Iustinae Fresen/ ... Dn.  
Johannis Beselins/ desideratissimae coniugis**

Rostochi[i]: Pedanus, 1630

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777434113>

Druck    Freier  Zugang



Stocman, J.,  
in J. Frese,  
uxor. J. Beselin.

Rostock. 1630.

17



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn777434113/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777434113/phys_0002)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn777434113/phys\\_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777434113/phys_0003)





PROGRAMMA

Quo

Ad

Funeris deductionem

Lectissima & ornatisima Matrona,

# JU STINÆ Fresen/

SPECTATISSIMI VIRI,

Dn. JOHANNIS BEGELING,  
desideratissimæ conjugis

RECTOR

ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS,

D. JOACHIMUS STOCMAN

Phys. Profess.

Omnes omnium ordinum cives academicos  
afficiose & per amanter invitati.



Rostochi

Excudebat JOACHIMUS PEDANUS,

Acad. Typogr. Anno 1630.

115.

RECTOR  
ACADEMIAE ROSTOCHIENSIS  
D. JOACHIMUS STOCMANNUS  
Physices Professor.



Bsequioso in Maritum amo-  
re, pietate, pudicitia, & me-  
liori de nota sexum commen-  
dantib⁹ aliis quibusvis vir-  
tutibus, Ornatissima fæmi-  
na JUSTINA PRESEN,  
præstantissimi & docti viri  
Dn. JOHANNIS BESELINII, Civis apud nos  
primarij, affinis nostri carissimi, dilectissima  
Conjux, filia desideratissima Domini NI-  
COLAI FRESEN, antiquo generis  
eoq; patricio splendore spectatissimi Decem-  
virij postquam immortalis vitæ, à primo statim  
acutissimi morbi initio, præsaga mente con-  
ceptam, certissimam spem, repetito S. Cœnæ  
usu, tanquam renovato sigillo, obsignasset, nu-  
dius tertius mortalem hanc vitam bonâ fide  
refi-

resignavit, & pie non minus quam placide, matutinis horis obdormivit, in conspectu & oculis mastissimo Marito collacrumantium amicorum, filiorum, fratribus, patris, & quam primo loco dignari debuisse, amantissimæ matris (*matrem* quidni dixerim, quam pie defuncta nostra matrem experta est semper, nunquam novercam, quam matrem merito salutavit, & ut matrem amavit merito) CATHARINÆ KOLERIÆ, honestissimæ & hoc jam insuper pietatis in privignam testimonio cùmulate laudatissimæ Matronæ.

Ceterum, de diversorio mortalitatis ad immortalitatem quæ hoc modo migravit, ex his locis æruminarum plenissimis, nec dum tamen plenis in alteram regionem innumerabilibus felicitatibus affluentem & redundantem

*ubi pretiosior etas*

*Aurea progenies habitat, semperq; perenniat,*  
*Quale semel meruit mundus sibi currere seclum,*  
quæ jam concessit *margin;* nostra Justina, Anno Millesimo sexcentesimo secundo in hanc lucem prodidit, eodē cum Nicolao unico eoz longe charissimæ fratre partu, ipso Paschatos die, quo resurgebatur devicta morte triūphans noster redēptor. Anno Millesimo sexcentesimo vigesimo, cum jā in verâ pietate, castitate, & reliquis vere virg-

A 2

*neis*

ornamentibus prævia ornatissimæ Matris IUSTINÆ KIRCHOVIÆ, vestigia sedulò secuta adolevisset, spectabili viro Dn, JOHANNI BESELINIO, (Dn. JACOBI, spectatissimi & integerrimi viri NICOLAITANO templo præfecti meritissimi filio,) decimo octavo suæ ætatis anno, nupsit, optatissimo coniugio, eoq; licet non diuturno: ita tamen felici ut inde etiamnum supersint optimæ indolis virtutis & pietatis amantes, tres, JACOBUS, NICOLAUS, VALENTINUS, (Quartus n. Johannes eodē anno millesimo sexcentesimo vigesimo octavo, quo hunc mundum salutavit, mundo valedixit) dulcissimi filij, in spem generis & solatium patris relicti (ita enim Agricola eversis arboribus, quas aur ventus radicis evulsit, aut contortus, repentina impetu turbo perfregit, sobolem ex illis residuā fovet, & amissarū semina, statim, plantasq; disponit.)

Hic jam in splendidissimæ familiæ ulteriorem illustrationem subjungendi essent ab omni parte conspicui *majores*, primoq; loco collocandus foret maternus avus Dn. LAURENTIUS KIRCHOVIUS, vir quod scripta abunde testantur, ingenio, doctrinâ & judicio paucis secundus, jureconsultus, Celeberrimus, olim in

Mega-

Mēapolitana & Lunēburgensi aulā Confilia-  
rius dignissimus, in Balthicā hac nostrā Sāreptā  
Professor publicus: inde avus paternus Dn. NI-  
COLAUS FRESE, Reipubl. hujus Senator  
spectatissimus, prudentissimus itemq; mater-  
na avia JUSTINA RUDELIA, viri Amplissimi  
Dn. JOHANNIS RUDELI, Iuris Consulti &  
Syndici in Imperiali Lubecā meritissimi filia,  
Eḡavia paternā WENDULA LVSCHOVIA,  
Dn. MARCI LVSCOVII, Iuris Consulti & An-  
recessoris in hac Academia Eximij soror hone-  
stissima fama certatim laudatissimæ fæ-  
minæ. Porro affines nescio annon etiā huc ac-  
cessendi, eoq; nomine in primis vir Magnificus  
Ampliss. & Prudentissimus Dn. IOACHIMVS  
SCHVTTIVS, Consul hujus Reip, benè meri-  
tus, amicus & fautor noster ob servanter colen-  
dūs: sed vere orne interea quod maxime meum  
est negligam. Quare ad vos me recta con verto,  
vos compello Reverendi Consultissimi Exper-  
rientissimi Clarissimi viri, Academiz patres &  
Cujuscunq; ordinis Cives; Intellexistis, cuius,  
quam ornatissimæ & laudatissimæ fæminæ exu-  
viæ terræ matri reddendæ sint, probate sultis  
vestram condolentiam mōstissimo viduo, viro  
literato & literatorū amantissimo, & in honore

A 3

Kircho-

KIRCHOVIANÆ, LVSCOVIANÆ, FRE-  
SIANÆ, BESELINIANÆ, splendidissimarum  
& optimè meritarum familiarum, frequentissi-  
mâ frequentia ad funeris defunctionē, hora media  
prima, in templo Mariano confluere, & cum hu-  
manæ vitæ fragilitatem, tum præsentium tem-  
porum miserrimani faciem, arrepta iterum oc-  
casione, considerate *moderato animo*, in quam  
rem non possum mihi imperare, quin ex Pe-  
trarcha quædā suppeditem & præeam. Quum,  
inquit, res fortunasq; hominū cogito, incertosq;  
& subitos rerū motus, nihil fermè fragiliq; mor-  
talium vitâ, nihil inquietius invenio: ita cun-  
ctis animantibus naturam miro remedij gene-  
re, consuluisse video, ignorantia quadam sui:  
nobis solis memoriam, intellectum, providen-  
tiā, divinas ac præclaras animi dotes in perni-  
ciem ac laborem versas. Tam supervacuis enim  
semper, nec inutilibus modo sed damnosis atq;  
pestiferis curis obnoxij & præsenti torquemur  
tempore & præterito futuroq; angimur, ut *nihil*  
*magis metuere videamur quam ne quando for-*  
*te parum miseri simus.* Tanto studio miseriarum  
causas & dolorum alimenta conquerimus,  
quibus vitam, quæ, si ritè ageretur, felicissima  
prosperitas ac jucundissima rerum erat, miseran-  
dum

dum ac triste negotium efficiamus, cujus initium  
cæcitas & oblivio possidet, progressum labor,  
dolor exitum, error omnia; quod ita esse, quis-  
quis vitæ suæ cursum acri judicio remetietur,  
intelliget. Quem quietum quæso, quem tran-  
quillū: quē non laboriosum magis atq; anxium  
diem egimus? Quod unquam tam securum, aut  
tam lætum mane vidimus, ut non ante crepu-  
sculum sollicitudo mærorq; subrepereret. Cujus  
mali, & si ipsis in rebus multa insit occasio, nisi  
tamen nos fallat amor nostri *causa* major, sive  
(ut ingenuè fateamur) *culpa* omnis in nobis est:  
Ut fileam reliqua, quibus undiq; trudimur, quod  
illud est bellum, quamq; perpetuum, quod cum  
*fortuna* gerimus, cuius nos facere poterat virtus  
sola victores. Soli igitur imbecilles, exarmati, nō  
æquo Marte cum implacabili hoste congrega-  
musr, quos illa vicissim, ceu leve aliquid, attol-  
lit ac dejicit & in gyrum rotat, ac de nobis ludit.  
*& vinci tolerabilius foret*, nunc ludibrio etiam  
habemur. Id vero quid aliud fecit, quam levi-  
tas & mollities nostra? Idonei visi sumus, qui  
pilæ in morem, huc illuc tam facile jactaremur,  
animalia ævi brevissimi, sollicitudinis infinitæ,  
quibus inscijs, Cui puppim littori, Cui a-  
nimum. Consilio applicemus. pro Consilio  
in

terim sit pendere, ac præter præsens malum &  
tergo quod doleat, & quod terreat, ante oculos  
Semper habere. Tu deniq; Charissime Domi-  
ne affinis, memineris illius ex veteri comic

πενθεῖν δὲ μετρίως τὰς πεσόντας φίλας

έτερος πεντάσιον, ἀλλὰ τὴν αὐτὴν οὐδὲν,

ἢ τὸ πάσχειν ἐλθεῖν εἰς ἀναγκαῖας ἔργον

πεσελγλυθεῖσον, εἰτε χ' ἡμέας οὔτε γε

εἰς τὸν πεσελγλυθεῖσον αὐτὸν οὐδὲν,

τούτη τὸν ἄλλον συνδιατελεῖ φύσεας Χείρος.

Lugere amicos mortuos modice decet.

Non mortui etenim sunt, sed illam ipsam uiam

Quam mox necessum inire nobis omnibus

Illi præiverunt, & ecce postmodum

Transgressi in unum idemque diversorum,

Conjuncti agemus quicquid ævi reliquum est.

Et ex Cicerone alterius. Consolationum mul-  
tæ sunt viæ, sed illa rectissima, impetrat ratio  
- à te quam primum quod tandem dies impetra-  
- tura est. P.P. sub Sigillo Rectoratus ad diem 5.

.Januar. Anno 1630. 01












dum ac triste negotium  
cæcitas & oblivio possi-  
dor exitum, error omni-  
quis. vitæ suæ cursum a-  
intelliger. Quem quiete-  
quillū? quē non laborio-  
diem egimus? Quod un-  
tam lātum mane vidim  
sculum sollicitudo mæ-  
mali, & si ipfis in rebus  
tamen nos fallat amor n  
(ut ingenuè fateamur) d  
Ut sileam reliqua, quibus  
illud est bellum? quamq;  
fortuna gerimus, cuius n  
sola victores. Soli igitur i  
æquo Marte cum impla-  
natur, quos illa vicissim  
lit ac dejicit & in gyrum  
**E** vinci tolerabilius fore  
habemur. Id vero quid  
ras & mollities nostræ  
pilæ in morem, huc illud  
animalia ævi brevissimi  
quibus inscijs. Cui p  
nimum Consilio app



cuj9 initium  
ressum labor,  
ita esse, quis-  
o remetietur,  
, quem tran-  
s atq; anxium  
securum, aut  
ante, crepu-  
peret. Cujus  
occasio, nisi  
major, five-  
s in nobis est:  
udimur, quod  
m, quod cum  
poterat virtu  
exarmati, nō  
ste congrega-  
liquid, attol-  
enobis ludit.  
idibrio etiam  
, quam levi-  
isi sumus, qui  
e jactaremur,  
inis infinitæ,  
tiori, Cui a-  
pro Consilio  
in